eidem Romanum Litinski et successoribus eius promiserit et successores promiserit. Extunc obmisso suo foro competenti coram eodem officio cui se ad quod citabitur (Actus presentis respectu) cum successoribus et bonis omnibus subiicit in primo citationis termino stare parere rudere ac pro eodem vadio satisfacere omnibus exceptionibus controversiis prescriptionibus suspensionibus evasionibus motionibus appellationibus earumque prosequutionibus vera vel simplici infirmitatibus actione pro maiori ac legalibus quibusvis impedimentis. Ad quietem dilationem non petentem poena trium marcarum et trici poena ac dilationibus gulielmi universis de iure et consuetudine dari solitis iuris quoque et facti omnibus remediis se cum successoribus suis abrenunciant, tenebuntur et successores tenebuntur. Nulla prescriptione termini obstante.

Luczki Daskowic tenetur alio

Comparens personaliter coram officio et actis presentibus castri Premisliensis Nobilis Hieronimus Luczki Daskowicz iure et foro suo proprio obmisso seque cum bonis et successoribus huius castri Premisliensis iurisdictioni quo ad infrascripta incorporavit mente corporeque sanus exiens publice recognovit quia Nobilis Ilie Pop Luczki successoribusque eius summam decem marcarum pecunie polonicalium monetarum presentibusque obligatur eandem pro festo sancti Michaelis Archangeli proximo in castro Premisliensi solvere et reponere veritatem exsidembere, sub vadio simili decem marcarum pecunie in casu non solutionis principalis summe pro supposito tempore solutioni assignatur ad solvendum succumbendum et in unam summam vigenti marcarum pecunie eodem die solutioni assignatur sine quovis strepitu iuris convertendum ac in omnibus bonis dicti recognoscentis habitis et habendum extendendum. Preterea dictus recognoscens se successores bonaque sua omnia obligat et inscribit presentem inscriptionem ad acta terrestria Premisliensia cum decursu unius anni transportare sub simili vadio decem marcarum pecunie monetarum polonicalium pro qua summa similiter ac vadio succubuit dictus recognoscens vel successores illius ad officium presentis castri Premisliensis pro dicto creditore citatus obmisso suo foro proprio coram eodem officio cui primo citationis termino stare parere rudere ac pro citatis satisfacere omnibus exceptionibus controversiis prescriptionibus suspensionibus evasionibus motionibus appellationibus earumque prosequutionibus vera vel simplici infirmitatibus actione pro maiori ac legalibus quibusvis impedimentis. Ad quietem dilationem non petentem poena trium marcarum et trici poena dilationibus gulielmi universis ex industria humana de iure et consuetudine dari solitis omnibus denique iuris et facti remediis semotis et in parte reiectis illisque abrenunciat, tenebuntur et successores tenebuntur. Nulla prescriptione termini obstante.

Blazowski tenetur Tharlo

Comparens personaliter coram officio actisque presentibus castri Premisliensis Nobilis Jacko Blazowski Chelepa obmisso foro suo competenti seque cum bonis et successoribus huius castri Premisliensis iurisdictioni quo ad acta presentem incorporavit sanus mente et corpore exiens publice recognovit quia Generoso Nicolao Tharlo de Szelarzowice vexillifero terre Premisliensis et successoribus eius summam centum duodecim florenorum et grossorum quindecim pecunie monetarum polonicalium certi et liquidi debiti sive mutua te pecunie tenetur et est debitus presentibusque se successores super bonis suis omnibus obligatur eandem summam plenarie pro festo exaltationis sancte Crucis proxime nunc venturo hic ad acta presentia castri Premisliensis dare solvere reponere et relinquere. Casu vero si summam eandem pro supposito tempore solutioni assignato idem recognoscens non solverit neque reposuerit, extunc tenebitur cum successoribus suis quos secum super bonis suis habitis et habendum obligat et inscribit eidem Generoso Nicolao Tharlo in bona sua hereditaria vigenti in quatuor cmethonis possessionatos in Blazow et wolia Blazowski vitt sortium suarum cum omnibus atinentibus et pertinentibus dare et libere admittere realem intronisationem